



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Inseparabiles.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

## Ioannis Despauterij Niniuite.

### Inseparabiles.

Dis separat, & aliqñ significat ualde, teste Lãci. ut dispereo, discupio dispicio. Celius Ciceroni. Omnia intima cõferre discupio. Re priuat ut refigo, refero &c. & significat retro, ut respicio. & iterũ, ut refero. Se significat seorsum, ut seduco, segrego, separo, seuoco, securus. Am significat circũ, ut amplector. Cõpatuit, ppositio sine casu sit aduerbium, desup terrã, de post fœtates in sacris legũtur, oratoribus & elegantioribus poetis & scriptoribus eiusmodi orationes putamus eẽ inauditas, nisi forte sic. Oui. in de arte & cetera. Hora. Ventũ erat ad Vestẽ, intelligit tẽplũ. Primo Macha. viij. Ceciderunt Nicanoris &c. uidet̃ intelligit de exercitu. Franciscus Niger dicit si ppositio p ppositione ponat, regit eius casum p qua ponit, quod pceptũ ex dictis patet non semp esse uerum, figure hic sunt archaismos, & ptheseos parallage, sed uerbũ non amplius addam.

Regula genitiui ultima de noĩbus pro aduerbijs loci, quã carentiã rectoris uocat Alexãder.

Exterior si motus abest, nomenq; prioris  
Est numeri, & propriũ seu primæ siue secũdæ,  
In patrio dabo quãdo locũ designo minorem  
Militiæ, belli atq; domi, sic ponis humiq;  
Addimus interdum dictis terræq; togæq;  
Si ternæ nomen fuerit numerive secundi  
Cum ruri dabitur terno, quod sæpe poetæ.  
In sexto ponunt, quẽ quãdo perunde rogaris  
Aut qua responde, si per quo ponito quartum  
In proprijs, quibus vsq; cupit rus cũ domus addi.  
Compositum nomen nolunt rectore carere  
Barbarus haud fies apponens præposituras.

Carere rectore dicit Alexander noĩa ppria locorũ sine ppositiõẽ p aduerbijs loci posita, ut sum Gandauĩ, habito Athenis, nasceris Carthagini, quod ipse dicit Carthagine, uado Romã, uenio Parrhysijs, uado Mechliniam, Hantuerpiam, sic quedam appellatiua, ut conũneo me domi. Sum militij, belli, ruri, uado domũ & rus. Hęc Dona. & Serui. Pluresq; dicũt esse aduerbia, nam in secũda editione ait Dona. Sunt item aduerbia loci quẽ imprudẽtes putãt noĩa in loco, ut roma uenio. Ad locũ, ut Romã pergo. his ppositio nõ ante ponit